SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 113r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cum amicitiam tanta fide tuearis Qui sunt
hodie sic fideles ad christum ut iste fuit ad
Anthonium Et quid de hominibus dico quando turtur sic
fidelis est viro et Cyconia compari suo Sed de
hijs dictum est s. in tractatu de mundo. Sed quid
per antiqua currimus quanto sit tanta hominis fides partis
ut nec amissione substantie temporalis nec timore mortis
a parte separari homines possint Ergo si tanta potest esse
fides ad mundum a quo nihil habemus nisi malum
Quomodo sic deficimus ad xpm a quo nobis est omne bonum
Cernite ergo cernite quam fidelis est terra ad semina
producenda quam fideles arbores ad poma ferenda
quam fidelia bruta ad onera deferenda quam fidelia animalium
corda ad corda membra movenda quam fidelia celestia
ad hec ymma illustranda generanda et
conservanda Ut sic ad fidelitatem divinam nos moveant
hec exempla :~
De phoro quem vir simplex in sermone sed potens in opere
in Concilio Niceno de fide convicit. De phoro
quem sanctus Alexander Constantinopolitanus
episcopus coram constantino imperatore convicit :~
De sancto Dyonisio magno phoro quem non verbo sed
facto convertit cum cecum illuminavit :~
De Encelino qui licet crudelissimus esset tamen in hoc
fidelis erat Quia si quid promittebat fixum erat
quia nullo modo frangebat. De Sarracenis fidem servantibus
si promittant. De Herode quomodo Herodiade
fidem servavit ita quod nec Iohannem in carcere
dereliquit :~ De Tercio quod nos movere debet

Tercio ad fidem movere debet utilitas ex fide causata. Nam fides primo virtus est omnium bonorum
iniciativa fundativa et plantativa. Sicut enim
secundum philosophum argentum vivum principium est omnium metallorum
et albedo est fundamentum omnium colorum Sic fides virtutum
omnium est donorum. Secundo fides est cordium vivificativa

XXVI.

113